Tertiūdecimū de Alcorani institutione: & quis fuit huius legis opifex & inuentor.
Quartūdecimū de fictione improbatissimę visionis.
Quintūdecimū de quibusdā sex quęsitis in Alcorano cōmunibus: & de christi ad Mahometū excellentia.
Sextūdecimū de euangelij ad Alcoranū excellentia.
Decimūseptimū de Saracenorū responsione ad prędicta.

De principalibus huius legis erroribus: caput primū.

PRimū igit̃ decet scire principales errores q̃s Saracenorū lex ponit: scd'm quos maxime diuinæ legi aduersat̃. Notandū igit̃, ꝙ omne antiquorū cœnū/ qđ diabolus in aliȷs sparsim disseminauit: in Mahometū cōprehēsim eustuit. Hic em̄ cū Sabellio negat oīno trinitatē: Dualitatē aūt quandā ponit in diuinis quæ nihil honestū & diuinis simile in se ipsa pōt demōstrare: cū totius alteritatis principiū sit: supponit em̄ diuinā essentiā/ & huius aīam. Vnde in Alcorano inducit deū pluraliter loquentē: ut videat̃ ipsa aīa dei/ & ipse xp̄s alterius prēter deū esse essentię/ & minoris deo/ & ei subditę: cōueniēs in his cū Arrio & Euuonio: supponit christū excelsam esse creaturā/ oēs tamē alias creaturas excedentē Hęc aūt opinio ex platonicis mota eē videt̃: q supponūt summū deū patrē oīm & creatorē: ex q̃ quandā mentē dicebāt primū defluxisse: in qua quidē sūt oēs ratiōes entiū: & oībus excelsior est: quē & paternā mentē appellabant: & post hūc esse mundi animā dicebant: deinceps aūt reliq̃ sūt creaturæ. Quæ igit̃ de filio dei in scripturis dicunt̃/ hęc ad illā mētē illi referebant: maxime aūt/ ꝙ & diuina scriptura filiū dei sapientiā & dei verbū appellat. Cū qua opinione & ea quę est Auicennæ conuenit: qui supra primū cœlū primā intelligentiā supponit quæ primū cœlū mouet ultra quā in sūmo deum firmari dicit. Sic igitur Arriani existimauerūt de filio dei/ ꝙ esset creatura quæ oēs alias creaturas excedit: quo mediante oīa deus creauit. Vn̄ & Mahometus supponit christū sanctissimū & hoīem virtute prēditū supra oēs alios palam aūt quid in eo dicit esse supra hoīem: appellat em̄ eū verbū dei/ & spiritū dei/ & animam dei: Deum autem scd'm veritatem dici/ omnino ridiculum putat. Et ad demonstrationē huius duobus maxime utit̃.

Opinio platonicorū.
i. corin. i. d
Ioh. i. a.
Opinio Auicennę:
opinio Ariannorū.